III/1328

1768 r.

Actum in Castro Regio Drohiciensi, Feria Tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo, Sexagesimo Octavo.

Coram Officio Capitaneali actisq[ue] praesentibus Castrensibus Drohiciensibus personaliter comparens Ministerialis Regni Generalis Providus Thomas Rowiecki author et Ductor publice recognovit se Adcitationem praesentem pro termino Condescensionis in bonis Niecieczа agitandae servientis tenoris talis. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq[ue]. Vobis magnifico Jacobo Ciecierski Subdapifero Drohiciensi Successoribus olim magnifici Ignatij Ciecierski Dapiferi Drohiciensis, Mariannae de Ciecierskie magnificae Skorzewski Generalis Exercituum Regni Conjugi, Thaddaeo Lipski Castellano Lanciciensi, Theodoro Szydlowski Castellano Ducatus Masoviae aliisq[ue] Successoribus ab Illustri magnifico Stanislao Krasinski Castellano Plocensi procedentibus de personis bonisq[ue] vestris generaliter Omnibus [illegible] quibusvis habitis et habendis mandamus ut in termino Condescensionis ex Limitatione Actus Condescensionis virtute Decreti Tribunalitij in bonis Niecieczа anno Elapso expediti Feria Secunda post Festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis in anno praesenti in eisdem Bonis Niecieczа incidenti personaliter peremptorieq[ue] Compareatis

ad Instantiam

ad Instantiam Illustri Mg[ci]e Barbarae de Zielinskie Krasinska Castella-
nae Zakroczimensis uti Dominae Advitalitialis Illustri Mg[ci] Casimiri Kra-
sinski Castrensis Metatoris Regni Matris et Filij Actorum Principaliter
agentium Qui vos inhaerendo Decretis Tribunalitijs binis Annorum Mille-
simi Septingentesimi Sexagesimi Sexti, Millesimi Septingentesimi
Sexagesimi Septimi Inter vos prolatis etiam qui assistentia indige-
tis Citant seu potius Advitant ad videndum et audiendum vos ad so-
lutionem Summarum et quidem primae Portionis Summae ex Mero Illu-
stris Mg[ci]e Sophiae de Czartkowskie Radzewska Succamerariae Wiznensis
ex Originali Summa Centum Viginti quinque Millium flor[enorum] pol[onicalium] per olim
Illustrem Mg[cu]m Andream Krasinski Castellanum Zakroczimensem Actorum
maritum et Parentem Intercedendo vos Cites mediantibus Decretis Tribuna-
litijs proprio aere Exolutae una cum Provisionibus ac poenis Lucris in Rem
mediorum Actorum per vos Cites non refusis uti unus ad alterum obli-
gati nec non Solutionem Secundae Summae Octo Millium Trecentorum Vi-
ginti Octo flor[enorum] pol[onicalium] per eundem Illustrem Mg[cu]m Andream Krasinski
Castellanum Zakroczimensem Intercedendo vos Cites in pacificationem Praetensionum
Successorum ex Summellis Capitibus Filiarum olim Mg[ci] Stanislai Krasinski
Palatini Plocensis procedentis exolutae una cum provisione ab eadem Summa proveniente
in rem Actorum demandari, ac etiam in Condictis Praetensionibus pacificari Citi-
raque in Termino Tribunali pro desertione Causae contra vos Statui decerni et Infidentia-
lis poenaliter Terminum attentatum et Judicii respondenti Datum Lublini Feria Quinta
post Dominicam Oculi Quadragesimae proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Se-
xagesimo Octavo. Copias similes vigore Unius Ejusdemque Citationis trinas primam
ad bona Oppidi Sobolew alteram ad bona Ryki Tertiam ad bona Kamien-
ka Omnes dictae Praesentationis expostasse primam in Domo Terrestri Praemissis Soboliw
vero trinas vero in Curijs Aliorum etiam ultis posuisse et reliquisse de quo praesens
Ejusdem Ministerialis Relatio

Ex Actis Castri Capit[ane]alis
Lublinensis Rescriptum
Ignacy Kosinski

Legi Kłoporowski

Ex Parte JM. Krasin-
skich M. K. ztej pomoc Cie-
ciersku Lipskiej Szydło
wskiej C. DM. pro Vrnt
Condescensionis
Relatio
1766vo

In Castro Drohicinensi
Feria 3tia pt Dominicam Laetare
Quadragesimae

Ec 96

Muzeum K. Kluka
Nr. inw. III/1328

13